

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Crell Thomas Klage

Disputatio De Natura Logicae

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729605299>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1642
Johann Gottlieb
Thomas Kluge



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729605299/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729605299/phys_0002)

DFG

3.
54.

DISPUTATIO
De
NATURA
LOGICÆ,

Quam
Auspicio Sacro-Sancta Trinitatis
In
Inclitâ ad Varnum Academiâ
SUB PRÆSIDIO

D N. M. JOACHIMI CRELLII,
Rugiani, Præceptoris sui ætatem
colendi.

Publicè ventilandam proponit
THOMAS KLAQE, Chilon. Holsatus;
Illustrissimi Holsatorum Ducis Alumnus;
Autor & Respondens.

In Auditorio Majori ad diem 13. Julii
horis à 7. matutinis.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO M DC XLII.

THEISIS I.

Logica est Habitus Instrumentalis, dirigens actus mentis per intentiones secundas, circa cognoscibile quodcunque, ad facilitorem veritatis dubia perceptionem.

II. Definitum est Logica, sic dicta ab objecto immediato λόγῳ sc: primariō quidem ἀνδιαθέτῳ, eo que non quatenus sumitur pro solo discursu illativo, sed quatenus est operatio ab intellectu, sive absolute sumitō, sive cū habitu aliquo elicita, s. ipse actus cognoscendi, tam in apprehensione simpliciū, quam in compositione & divisione, uniusq; ex alio illatione ac ordinatōne consistens; secundariō etiam τεχνολογίᾳ, tam orali quam literali: Et si enim λόγος externus non pertineat ad Logicam quam inclusionem positivam, vel ut alii loquuntur, quam perfectionem indigentia, tamen quam privativam, seu perfectionem expedientia ab eadem attendi potest.

III. Sumitur autem Logica, ut alias acceptiones hic omittam, vel (α) pro quovis habitu qui in λόγῳ occupatur, sive externō sive internō, sive veritatis, sive solū puritatis & ornatus gratiā, & sic simul comprehendit Gram. Rhet. Poet. vel (β) pro promptitudine ratiocinandi omnibus hominibus congenita, sed imperfectā adhuc & errori facile obnoxia, dicitur, Logica Naturalis vulgo, quamvis impropriè & denominativè tantum; vel (γ) strictè ac propriè pro illā ipsā promptitudine naturali, sed præceptis ac crebrā exercitatione perfectè exultā ac certis ratiocinandi fundamentis roborata; dicitur alias Logica Artificialis, estq; ille ipse Habitus, de quo hīc agere constituimus.

IV. Hic solet pro diversā ratione considerandi distingui in Docētem & Utentem, ita ut Docens sit, quatenus instrumenta pro discursu efformat, aut functionum intellectus rectarum genium ac proprietates considerat: Utens verò quatenus secundum leges à Docente præscriptas operationes intellectus rectificandas ad rectitudinem dirigit: Interim unus idemq; manet Habitus instrumentalis intellectum nostrum facilitans in rerum cognitione; Nam & Docens mediorum usum & applicatiōnem tenetur docere, alias nullius usus futura, & Utens debet mediorum naturam perspectam habere, alias male instrumenta applicabit.

V. Ceterū differt hic noster Habitus à Philosophiā, non ut pars à to-

A e te

tō, sed ut instrumentum ab illō, cuius est instrumentum. Hoc patebit si finem & objectum Philosophiae adæquatum attendamus; ille est mentis perfectio per cognitionem habitualem, ex rebus à naturā per se intentis & subministratis, quæ fit per expurgationem ἀγνοίας in intellectu, & ἀλαζίας in voluntate; Hoc v. constituunt illa sola entia, quæ intellectum intensivè & extensivè ē rebus perficiunt, scilicet contemplabilia omnia, & agibilia ob honestatem, utpote quæ habitualiter cognita, ignorantiae intellectus & voluntatis inordinationi sufficienter medentur, adeoq; aggregato suo cyclo adæquate integrant & constituunt Habitum Philosophicum; unde consequenter intentionalia, qualia Logica pertractat, ad Philosophiam non pertinebunt, quippe quæ per reflexionem intellectus ex fundamento in rebus animadversō ad facilitandam cognitionem primō eruuntur, non autem à naturā ipsā supponuntur, cum intellectus in his ideas à rebus non accipiatur, sed effectivè ad modum cognoscendi elaboret, ac rebus imponat; Quia v. Logica nihilominus singularem in Philosophiā præstat usum, hinc instrumentum ejus adhuc manet.

V I. Vidimus Definitum; sequitur Definitio ipsa resolvenda: Genus ejus remotū posuimus Habitum, intellige non congenitum, aut infusum, sed acquisitum, scil. qualitatem, potentiam naturalem in operando perficiēt, tem per modum principii acquisiti difficulter mobilis; hæc enim dat essentiam Logicæ (quamvis sub ratione adhuc confusā) non item Systema Præceptorum, Disciplina aut Doctrina, eò quod illud sit Accidentale, hæc relata, per quæ Accidens absolutum non debet definiri.

V II. Omnis autem Habitus necessariō est vel Theoreticus vel Prædictus (voce acceptā generaliter quā & Poeticum includit) tertium enim vel medium hīc ne quidem cogitare licet, quia ultimātō in cognitione subsistere & non subsistere in eādem naturā suā termini sunt contradictriorē & ἀμέσως oppositi. Prædictus verò isto modo acceptus est vel Principalis vel Instrumentalis. Hinc proximum genus facinus Habitum iuſtrumentalem. Veritas asserti ut appareat distinctè explicandi fines, à quibus omnes Habitus denominantur: Illi primō sunt vel Theorecia vel πρᾶξις.

V III. Theorecia est functio intellectus in nudā rēruu necessariarum contemplatione ultimātō subsistens, nec se ad ἐπέγγειαν ab ipso intellectu vel inferiori facultate edendam extendens. Hanc rectē à Logicā ad Scientias ablegamus, quippe quod actus Logices cognitionem Subjecti ultimātō & sub.

& subsistenter non intendant, sed eandem adhuc normaliter dirigant per modum vel judicij & dictaminis practici, vel exemplaris & idea, contra naturam *Iewelias*. *Πρᾶξις* vero est functio intellectus practici regulata, & ad præviam idealem notitiam instituta, indifferenter adhuc se habens ad immanentem & transeuntem: Estq; vel Principalis vel Instrumentalis. Principalis est vel propriè sic dicta *πρᾶξις* vel *ποίησις*.

X. *Πρᾶξις* propriè sic dicta est functio mentalis (non in intellectu terminata sed) regulata & directa ad objectum reale, quam exsequitur subordinata facultas in officia intellectus destinata.

Ποίησις est operatio intellectus regulata, & ad aliud extra intellectum extensa atq; per subordinatam facultatem instrumentis corporeis tradita ad producendum egyptum ab operante distinctum, vel opus prodicens per introductionem formæ artifcialis in datum objectum. Neutra etiam harum Logicæ potest competere; Nam primò quidem operationes Logicæ non sunt circa objectum reale sed intentionale, adeoq; immanent finaliter in ipsis potentissimis quibus elicuntur; consequenter nec se vel ad honestatem vel ad opus externum demittunt, cum subsistant in effectione Definit. Proposit. Syllogismi &c quæ sunt operationes intellectus rectificatae, adeoq; praxes immanentes.

XI. Supereft *πρᾶξις* instrumentalis, quæ est functio intellectus regulata, quam ad præviam idealem notitiam intellectus practicus ipse elicit intrasē, sic ut eadem sibi sit ultimus finis, neque dirigatur ulterius vel ad honestatem vel ad opus aliquid, ita tamen ut propriam utilitatem in se non habeat terminatam, nec propter se sit appetibilius, sed ob alium finem. Hæc ergo & non alia Logicæ, quippe cuius naturæ convenientissima est, meritò as-signatur.

XII. Evidem non sum nescius *πρᾶξιν* restrictiū ab aliis describi cum respectu scilicet ad honestatem, sed præstat functiones intellectus adæquatè & abstractè definire, quam restrictè & inadæquatè; Ad honestatem quippe dirigi per accidens evenit Actioni quam tali, ad quam satis est formaliter à *mīsticis* & *Iewelis* differre.

XIII. Tantum de Genere Definitionis, sequitur Differentia constans ex Subjecto & Fine.

Subjectum hic non intelligimus Inbasōnis s. Sustentationis, quod quidam faciunt intellectum, nos rectius Animam rationalem; Accidentis enim non est Accidens. Sed Tractationis, quod propriè objectum dicitur, idq;

*non Considerationis seu generale, quod est omne, illud in quo explicando & pertractando Logica occupatur, sive directe sive indirecte, diciturq; alias Inadæquatum, quod comprehendat Subjectum operationis, finem & media, quæq; huc ullo modo revocantur: sed Operationis seu Adæquatum, scilicet illud, cui aliqua rectitudo inducenda est notionaliter, vel quod ad finem perduci debet certis mediis. Hoc autem in Logicis duplex facimus: Unum *Immediatum* s. quod dirigi debet ad rectitudinem aliquam, aliis Subjectum informationis; Alterum *Mediatum* seu circa quod dirigi debent actus mentis ad rectitudinem. Utrumque duabus constat partibus, quarum altera est *materiale*, quod etiam res considerata dicitur, & est illud ipsum, in quod finis per media introducitur; altera *formale* s. modus considerandi, qui nihil aliud quam ratio denominans materiale illud, & ostendens, quam ratione ad distinctum hunc Habitum & non alium pertineat.*

XIII. *Materiale* igitur objecti immediati sunt Actus intellectus quicunque. *Formale* est, in quantum dirigibles per intentiones secundas, quæ nihil aliud sunt quam cognitiones actuales, representantes objectum ab aliâ operatione intellectus sub habitudine rationis denominatum, ut conceptus Subjecti, Prædicati, Generis &c. Veritas asserti patet, quia in omnes operationes intellectus, quam dirigibles seu rectificandæ, finis Logicæ internus scilicet rectitudo earundem, adeoq; Forma, vel Generis, vel Propositionis, vel Syllogismi &c. introducitur; cum omnes in cognoscendo veritatis, defectusq; circa veritatem sint capaces, & quidem in ratione adiutoriæ (de reliquis enim operationibus mentis res plana est) datur tūm veritas, quia requiritur ibi congruentia cognitionis representantis cum objecto representato; tūm falsitas, eaq; tām privativa seu partialis, quando intellectus objectum aliter ut est apprehendit, illi aut formam quam destituitur, attribuendo, aut formam quam pollet, denegando; quam negativa seu totalis, cum intellectus objectum simplex planè non attingit, eidem conceptum totaliter disformem affingendo.

XIV. Unum autem obiter hic notandum, scilicet *Actiones intellectus* tripliciter considerari posse, velut *rectas* vel ut *rectificandas* vel ut *rectificatas*: illas intendit intellectus seu medium; istas seu objectum operationis; has seu finem.

XV. *Mediatum Objectum respectu rei* est quodcumque cognoscibile, tām simplex quam complexum sive *Æternum* sive *Dæmonium* accipiatur, i.e. i. tām ens insuppositione simplici, ut loquuntur, quam personali con-

fide-

fideratum. 2. tām ens reale & extra fictionem intellectus existens, primariō & per se, quām entitatis negatio & defectus citra fictionē mentis non existentes, per accidens, et ad modum entis realis concepti. *Respectu modi* est in quantum per notionum secundarum denominationem terminari potest. Notiones enim secundæ denominantes primas ita restringunt easdem ceu objectum materiale, ut nulla disciplina harum considerationem sub illo respectu exposcere possit.

XVII. Pergimus ad *Finem*, qui vel *Internus*, vel *Externus*. *Internus* est qui in ipso Habitu obtinetur; Hunc facimus *primariō* organicam omnium operationum mentis directionem, tām quā rerum separatam apprehensionem, compositionem & Divisionem, quam Discursum s. illativum seu ordinativum, ad hunc enim finem omnia finaliter in Logica revocari possunt; *secundariō* etiam vocum seu prolatarum seu scriptarum directionem.

XVIII. *Externus* s. extra habitum constitutus, est ob quem finis *internus* est, & ad quem dirigitur. Hunc statuimus faciliorem perceptiōnem veritatis dubiæ, *primariō* quidem illius, quæ est in cognoscendo dicitq; congruentiam intellectus nostri cum objecto; *secundariō* etiam illius quæ est in significando. dicitq; conformitatem orationis scriptæ s. prolatæ, cum re signatâ. Hūc enim operationum intellectus rectificatio, & omnia in Logicā ultimato tendunt; undē & *finū ultimus* dici consuevit. Etiā si autem non semper obtineatur, nihilominus manet verus finis, quippe quod rādī acquiri ab agente vel non, fini quā tali sit accidentale, cum ad essentiam finis externi satis sit, si illius gratiâ omnia in habitu pertrahentur.

XVII. Notanter autem dico (veritatis dubiæ) si enim res vel experimentaliter vel penetraliter ex solā terminorum cognitione ita sunt manifestæ & notæ, illarumq; veritas ita conspicua, ut nullo modo de iis possim dubitare, ad quid opus beneficiō Logices? statim enim Intellectus immediate illarum cognitione terminaretur. Quare tantum per certos differendi modos in Logicis res cognoscibiles prout dubiæ sunt, diriguntur, non quidem objectivē & realiter, sed præparativē & intentionaliter.

XIX. Superest *Divisio s. Partitio Logice* ē diversitate Mediorum, (quod fieri solet in practicis) eruenda. Cum itaque Notionum secundarum

darum quædam sint, quæ faciant pro directione Intellectus Simplicis, quædam v. pro directione Intellectus Compositi, rectissimè duæ eidem assignantur partes; quarum Prior sicut Media directioni Intellectus Simplicis organicæ inservientia, qualia sunt omnes Notiones secundæ simplices tamen incomplexæ ut Genus, Species &c. quam Complexæ ut Definitio & Divisio. Posterior exhibeat Media pro directione Intellectus Compositi. Cujus cum duæ sint functiones 1. Σύνθεσις καὶ Διάρρεος 2. Διάνοια, rectè iterum duæ constituuntur Sectiones, quarum altera Σύνθεσιν καὶ Διάρρεον dirigit per Propositionem ejusq; affectiones; altera diabolav seu Discursum, eumq; tamen illativum per Syllogismos, Demonstrativum, Topicum, Sophisticum; quam ordinativum per Methodum, in Theoreticis disciplinis Syntheticam, in Practicis Analyticam. Tantum.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ

1. Finem quare faciam causam, nullas video causas.
2. Intellectum esse in pede sine gem, intellectum geram in calcaneo.
3. Dari Ignem Elementarem sub Concavo Luna, ut credam, non possum persuaderi.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729605299/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729605299/phys_0011)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729605299/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729605299/phys_0012)

DFG



& subsistenter non intendant, sed eandem adhuc nomodum vel judicii & dictaminis practici, vel exempli naturam *Jewelias*. *Πρᾶξις* vero est *functio intellectus* & ad præviam idealem notitiam instituta, indifferentem & immanentem & transeuntem: Estq; vel Principalis Principialis est vel propriæ sic dicta *πρᾶξις* vel *ποίησις*.

X. *Πρᾶξις* propriæ sic dicta est *functio mentalis* terminata sed regulata & directa ad objectum reale, ordinata facultas in officia intellectus destinata. *Ποίησις* est operatio intellectus regulata, & ad aliud extat q̄ per subordinatam facultatem instrumentis corporis producendum ēḡov ab operante distinctum, vel opus prodie formæ artificialis in datum objectum. Neutra etiam tēst competere; Nam primò quidem operationes Logicae objectum reale sed intentionale, adeoq; immanentem fieri à quibus eliciuntur; consequenter nec se vel adopus externum demittunt, cum subsistant in effectu Syllogismi &c quæ sunt operationes intellectus recti immanentes.

X. Supereft *πρᾶξις* instrumentalis, quæ est functio quam ad præviam idealem notitiam intellectus practici sic ut eadem sibi sit ultimus finis, neque dirigatur ultra vel ad opus aliquod, ita tamen ut propriam utilitatem minarā, nec propter se sit appetibilis, sed ob alium finem non alia Logicae, quippe cuius naturæ convenienter signatur.

XI. Evidem non sum nescius *πρᾶξιν* restrictiū respectu scilicet ad honestatem, sed præstat functione quatenus & abstractè definire, quam restrictè & inadæquata quippe dirigi per accidens evenit Actioni quam tali, maliter à *ποίησει* & *Jewelis* differre.

XII. Tantum de Genere Definitionis, sequitur ex Subjecto & Fine.

Subjectum hic non intelligimus Inventionis s. Sustentationis Intellectum, nos rectius Animam rationalis non est Accidens. Sed Tractationis, quod propriæ ostendit.

A